

per multas Sclavorum civitates traxerunt eos
usque dum deficerent. Et tanti his temporibus in
Sclavia facti sunt pro Christi nomine martyres quod
vix possent libro comprehendi quia omnes Sclavi
habitantes inter Albeam et Oderam, qui tem-
-pore trium Ottonum praedictorum Christo cre-
-diderant per annos 70. jam quasi omnes de-
-fecerunt scilicet tempore Bernardi Ducis Saxonie
filii Bennonis, qui populum Sclavorum gravi-
ter afflixit cum Theodorico Marchione Sclavorum.
His temporibus fuit Archiepiscopus Hammen-
burgensis Libentius, qui Adeldago Hammen-
burgensi episcopo successit, post Libentium Vi-
muarus venit, clarissimo genere oriundus.

Cap. 12.

Mortuo autem Ezecone episcopo IV. Al-
denburgensi successit ei Folquardus qui de
Sclavia tempore persecutionis pulsus in Nor-
wegiam abiit et multos credulos Christo fecit
ideo cum gaudio post Bremam venit cui Reym-
bertus successit. Tempore igitur Vimuarii
episcopi Hammenburgensis Bernardus Dux
Saxonie prae se Pontificis flexus Henrico Caesari
supplex dedit manus et Sclavis sub tributopos-
itis pax ecclesiae facta est et Vimuarus XII.
Canonicis ecclesiae Hammenb. tum factis qui
populum ab idololatria converterent novam
ecclesiam ibi construxit quia praedives et largus
fuit et clero adprime benevolus. Et

Reymberto